

Franckesche Stiftungen zu Halle

Rector Academiae Lipsiensis Ad Orationem Paschalem In Templo Academico Ipsa Solennissima Festi Die Habendam Hvmanissime Invitat

Müller, Johann Kaspar

[Leipzig], [1711?]

VD18 13541145

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-200521



1. Progr. Cipp. natal. it. len.
2. Progr. Lipp. pulch. it. len. it. Erfurt.
3. — — Pentec. it. Witt.
4. Hardthura Helmst.
5. Hebreæ de æra nativ. Christi
6. Bel Hist. lingua Ungar.
7. Reimnitz Postscriptum



61. C. 2.

61 C 2

25.
26

RECTOR
ACADEMIAE LIPSIENSIS
AD
ORATIONEM PASCHALEM
IN TEMPLO ACADEMICO
IPSA SOLENNISSIMA FESTI DIE
HABENDAM
HUMANISSIME INVITAT.

826

RECTOR
ACADEMIAE ALBIENSIS
ORATIONE IN
HABITUO AD
H. A. SOLIMANUS
HABITUO AD
HABITUO AD

Vere, ut ait Tertullianus^a, exinde a passione ligni, superata morte, regnavit Christus, qui per mortem mortem devicit, inferos depopulatus est, peccati vim fregit, & ad dexteram patris sub latus, regni sui administratione in plena maiestate defungi coepit. Atque illa est ἡ βασιλεία Ἰησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ *Regnum Jesu in ligno*, cuius Barnabas^b, vetustissimus Autor, si non Apostolus, mentionem in epistola sua facit, ab ipso Davide κατὰ λέξιν, ad v. Jud. n. 10. si veterum quorundam standum sit auctoritati, celebratum. Sane 10. & l. III. enim ex hymno eius XCV ἀπατε ἐν τοῖς ἐθνέσιν ὁ κύριος ἐβασίλευσεν *ΑΠΟ ξύλου* Dicit in gentibus, Dominus regnavit *A LIGNO*, c. Marci- on n. 19. ex Graecis allegavit Justinus Martyr in Apologeticis^c, in Judaeos Cyprian. p. 354. quoque acrius in disputatione cum Tryphone insurgens^d, qui, ut ipse arguit, λέξεις βραχέας ἀφείλεντο ταύτας *exiguas illas voculas abstulere*, scilicet *ΑΠΟ ΞΥΛΟΥ* a ligno. Aegyptias Ecclesias eandem lectionem agnovisse, Psalteria Coptica loquuntur, celeb. Bernardo ad Barnabae epistolam memorata. Plura vero ea suffragia inter Latinos habet. Namque & Tertullianus^e, & Cyprianus^f, vel potius Autor de montibus Sina & Sion, & Augustinus^g, cum Casiodoro^h, & Venantio Fortunatoⁱ, aut Theodulpho, eam agnoscunt. Quorum autorum testimonia suadent, in Psalteriis Ecclesiae Africae, & Gallicanae haec verba ita lecta fuisse. Neque aliter Hispaniae Ecclesias habuisse Psalterium Gothicum loquitur^k. Imo & veterem Italicam versionem agnovisse verba *A LIGNO*, ex eo colligas, quod a Leone^l, Gregorio Magno^m, & Cassiodoro allegentur. IV. p. 45. Quin adhuc hodie in Psalterio antiquo Romano, quod versionem Italae hymnorum Davidicorum exhibet, (& in Ecclesiae Vaticanae S. Petri, nec non Mediolanensis & Toletanae vsu hucusque obtinuit, ut ante Pii V. P. R. tempora in omnibus Ecclesiis vrbis Romae obtinueratⁿ, illa verba reperiuntur. Neque hodiernum Ecclesia Romana verba illa, in Vulgata quidem versione minime obuia, penitus repudi-

^aLib. adv.

Jud. n. 10.

^bNum. 8.

Ed. Oxon.

^cIustin. A.

pol. II. f. 80

d f. 298.

^eTertull.

adv Jud. n.

10. & l. III.

^cMarci-

on n. 19.

^fPseudo

Cyprian.

p. 354.

^gAugustin

Comment

in Pl. 95.

^hCassiod.

Comment

in Pl. 95

ⁱFortuna-

tus Hymn.

Vexilla

Regis.

^kVlser. de

ed. LXX.

Interpp. c.

IV. p. 45.

^lLeo. Serm

IV. de pass.

^mGreg.

Hom. VI.

in Ezech.

ⁿMar. Al-

terius

Praef. ad.

pudauit tamen, assueta celeberrimo Venantii Fortunati hymno, in sacris passionis Dominicae decantari solito, cuius illa sunt inter cetera:

*Impleta sunt, quae concinit
David fideli carmine,
Dicens: in nationibus
Regnavit a ligno Deus.*

Exercit. Verum, ut non nulla sint veterum, qui illi lectioni suffragentur,
Bibl. L. I. testimonia, tantum tamen abest, ut *omnium patrum traditionem* ei
Exerc. VI. fauere cum Ioanne Morino sit statuendum, ut potius nemo Grae-
c. 14. corum, vno Iustino excepto, produci possit, qui eius meminerit. Imo
ne ipse quidem Iustinus in exemplaribus receptis inuenit verba ΑΠΟ
ΣΤΑΟΤ, frustra alias de Iudaeorum fraude conquesturus. Barna-
bam vero quod attinet, ille non tam verba Psalmi allegauit, quam
ad Barnab. ex suo ingenio βασιλείας ἐπὶ τῷ ξύλῳ mentionem fecit, neque
l. c. enim vllum in contextu indicium allegationis factae, sed illa est se-
ries orationis, quae sit auctoris suam mentem explicantis. Contra
longo ordine allegari possent Graeci, qui vel occasione data locum
illum Dauidicum citantes, vel in Commentariis suis illustrantes
eundem, verba illa praeterierint penitus. Quemadmodum & in
Muis in assert. confesso est apud omnes, in Hexaplis Origenianis locum eis nullum
Hebr. relictum fuisse. Neque ex Latinis defunt, qui verba haec agno-
Verit. p. 204. scant minus, allegati Simeoni de Muis, & Eruditissimo quondam
Dorsch. collegae nostro, Thomae Ittigio, in docta ad locum hunc Psalmi
p. 223 Dauidici dissertatione, tum & aliis, qui de hoc loco multa erudite
Vsser. allegarunt: B. Dorscheo nostro in Pentadecade, Iacobo Vsserio
p. 45. de Lxx. Interpretib. Ioanni Drusio in quaestis per Epistolas,
Drus. Tanaquillo Fabro in epistola de testimonio Iosephi &c. Ipsam vul-
p. 8. gatam in illis partibus esse sufficiat obseruasse. At magis interest
nostra, quid de lectionis illius vel veritate, vel prima origine, sta-
tuendum sit, inuestigare. Repudiandam lectionem esse ipse ex nu-
Comment in Ps. perrimis Commentatoribus agnoscit, Ebraeae veritati alias non sem-
XCV, per satis aequus, Ludouicus Ferrandus. *Ea lectio, inquit, cum a
Textu*

Textu Hebraeo, vulgata, Theodoro Heracleota, Theodorito, & citato apud ipsum, Symmacho, Euthymio, ac Graeco Corderii paraphrasie absit, irrepsisse in quaedam exemplaria videtur. Prudentius longe quam ex eiusdem Ecclesiae Doctoribus Ioannes Morinus, & nuperime Paulus Pezronus, qui textus Hebraici fidem argumento ex illo loco petito sollicitare conati fuere. Quam ut eo magis labefactaret Gulielmus Lindanus ad codicem Hebraeum apud Anglos repertum provocare est ausus, in quo verba illa controuersa, in aliis codicibus a Iudaeis erasa, legantur. Sed malae fidei propterea Lindanum dudum est quod postulauerit Arias Montanus, in Animaduersione de Psalterio illo Anglicano, quae inter opuscula eius ad Apparatum Bibliorum Regionum pertinentia extat. Quin potius cum malitia Iudaeorum haec verba non tantum ex Codd. Ebraeis, verum etiam ex omnibus exemplaribus Graecis Psalmorum abstulisse, supponi debeat, quae adeo frequentia erant in manibus Christianorum, per vniuersum orbem inde a seculi II. initiis tam late sparforum, certe via non patet, qua ad tam grande nefas procedere potuissent, quod merito argumentum Pezrono, ex ordine praedicatorum opposuit Michael Lequien, in *destruenda temporum antiquitate*. Praeterea longe plura & clariora oracula prophetica, tam de passionibus, quam de regno glorioso Iesu Christi in monumentis V. T. extant, in quibus, cum nihil tentauerint improba manu Iudaei, nulla patet causa, cur illud, de quo agimus, eradendo, malam fidem in asseruando deposito τῶν λογίων τῆς θεῆς prodere debuissent: maxime cum longe facilius animo satis facere potuisset, in alienos sensus illud, prout in more alias positum esse genti pernicacissimae obseruamus, detorquendo. Saltem Iustinus Martyr, qui solus Iudaeis tanti criminis dicam scripsit, ad eam sustinendam omnium minime idoneus videtur, Ebraeae linguae non satis peritus, & quicquid Iudaei recentiores, Aquila, alique, versioni LXX virali, & imprimis codicibus, quibus ipse uteretur, non satis consentaneum admisissent, in argumentum eorruptionis statim vertens, quemadmodum ex toto dialogo eius cum Tryphone, non inutili cetera, neque iniucundo

Antiquit.
des tems
defendue
p. 197. sq.
de opt.
gen. In-
terp.

P. 154.

scripto, legentibus ad oculum patet. Si quaeras, unde igitur haec lectio sit, si genuina existat minus, neque Judaeorum perfidia ex plerisque codicibus fuerit expuncta, in varias viros eruditos, prout ingenium tulerit, ire sententias animaduertas. Vir doctus Jo. Jacobus Chiffletius, censet Hebraicas Psalmi voces quae immediate sequuntur verba יהוה מלך *Deus regnavit*, voces in quam Cabbalistice lectas, vocolis Graecis ἀπὸ ξύλων inferendis occasionem suppeditavisse: nempe cum legerent Ebraei מלך יהוה Graeci vero scriberent Θεὸς ἐβασίλευσεν ἀπὸ T. quae littera, ut apud Samaritanos, ita & apud Graecos formam crucis praeferat, natam inde esse censet interpretationem, quod Deus regnavit *a ligno*, nempe *a ligno crucis*, quod litterae T figura repraesentet. Verum ut taceam, particulam יהוה apud Ebraeos nunquam significare, quod Graecum ἀπὸ, quod litterarum cognatione inductus perperam statuisset Chiffletius videtur; Cabbalisticus ille legendi modus plane scripturis est inusitatus, & veritati ac certitudini earum aduersus. Alia ratione in textu Hebraico eius interpretamenti vestigia venatur H. Grotius: scilicet pro מלך legisse forte nonnullos מעץ, utramque vero lectionem in unam postea coaluisse existimat. Verum lectionis illa varietas sola nititur, eaque improbabili valde Grotii coniectura, cum nulla inter litteras utriusque illius vocis cognatio intercedat, nulla faucat illi diuersitati Codd. autoritas. Minus quoque probandum est Steph. Lemonii commentum, qui verba Psalmi Hebraea יהוה מלך מנו Graecis litteris ita expressa Κύριος μαλακ μες quod exprimat etiam Hebraticum מעץ, istam interpretationem peperisse censet. Memoria enim lapsus vir doctus, vocolam מנו, quae nunquam in Hebraeo textu comparuit, ei infercit. Alii Graecis ex assue tribuere maluerunt voces illas ἀπὸ ξύλων nulla ex Ebraeo textu data occasione. In quibus Iunius quidem in notis ad citatum supra Tertulliani locum censet, pro ἐβασίλευσεν lectum a nonnemine ἀπὸ ξύλων fuisse, utramque vero postea coaluisse lectionem. Sed minus fauet huic coniecturae vocum permutatarum dissimilitudo. Mericus Clafabonus, ab ineptuli cuiusdam

In Apolo-
get. Par-
aenes. ad
Lingu.
Hebr.

Comment
ad hl.

obs. ad
Var. Sacr.
p. 489.

dam allusione in verbo βασιλεύειν, ad βαζυλεύειν, quam margini alleuerit, voces ἀπὸ ξύλῃ natas existimauit, forte allusione in interpretamentum tandem abeunte, ἐβασίλευσεν ἀπὸ ξύλῃ. Sed talis allusio ad monstrosissimam vocem, qualis in Graeca lingua nulla extaret, etiam ab ineptissimo Graeculo expectanda non fuisse videtur. Audaciam postremo omnem superat Petiti commentum, quod tetigit Steph. Lemonius, quendam scilicet adulatorem Herodis, *Xylophoriorum* festum qui restituerat, in gratiam eius verba haec inferuisse, quod merito tam longe petatum censet Lemonius, ut cum eruditione ipsi videantur insanire, qui talia orbi litterato non verentur obtrudere. Simplicius Iacobus Faber Stapulensis, Nic. Fullerus, Jo. Drusus, Ludouicus Ferrandus, B. Salomon Glasius, atque alii, a viro pio in margine notata verba ἀπὸ ξύλῃ, explicandae indolis regni Christi studio, ex margine in textum irrepsisse arbitrantur. Nisi specialius hoc ex B. Ittigii nostri sententia determinare placeat, qui ex titulo *crucis* Dominicae, in quo Jesus *Rex* Iudaeorum vocabatur, hoc assumentum deriuandum existimabat. Si quid nobis videatur, libere in tanto dissensu expromere liceat; existimemus Graecum non ineruditum ex Barnabae epistola illa verba ἀπὸ ξύλῃ margini codicis sui alleuisse, quam sententiam etiam Eduardo Bernardo in notis ad epistolam Barnabae, placuisse videmus. Quo minus nobis probatur, quod ad eundem locum eruditiss. Episcopus Oxoniensis, existimauit, & Barnabam & Paulum illa verba in suis codicibus Psalmorum legisse, & Paulum quidem ad ea in epistola ad Colossenses II, 15 respexisse, quando dicit Christum *ῥαυρῶσαι* *principatus* & potestates *ἐν αὐτῷ* i. e. *σαυρῶ*, quod praecellerat. Verum ut taceamus, *ἐν αὐτῷ* ad ipsam personam Christi referri posse, imo vt concedamus Episcopo Oxoniensi, admittebam esse ipsius interpretationem, commodius haut dubie fuerit dicere βασιλείαν ἀπὸ σαυρῶ, & autorem epistolae Barnabae, & glossae ad Psalmum, ex Paulino loco exsculpisse, quam Paulum ex Psalmis allegasse, quae in originalibus, & melioris fidei codicibus Graecis atque Latinis non reperiuntur.

Quic-

de IV.
Ling.
p. 117.

Faber
schol. ad
Vtripl.
psalter
Fuller.
Misc.
III, 13.
Ferrand.
in Ps.
Glas.
Philol. S.
L. I. Tr. I.
p. 100.
Ittig. pe-
cul. disp.
& Hist.
Eccl. sec.
I. p. 130.
II, 15.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200

Quicquid vero sit de lectione illa in Psalmo, rem ipsam submissa animi deuotione tenemus, REGNUMQUE Christi EX LIGNO omni veneratione prosequimur. Nempe CRUX eius, iam per RESURRECTIONEM triumphantis, *regni fit signum, fit vexillum* ad quod *omnes congregandae sunt gentes*: postquam posuit vitam suam, vt expiaret nos, in haereditatem ipsi tradendae. Sicque adeo LIGNVM eius fit *lignum Salutis*; ipse PRINCEPS SALVTIS & ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς PRINCEPS VITAE ex ligno mortis. Veneremur igitur eum pia deuotione hac ipsa die, *regnantem ex ligno, ex morte vitae principem*. Ei vero pietati nostrae excitandae magis, atque augendae, Orationem Sermonem Romano conscriptam, de Christo Principe vitae, etiam a fidelibus V. T. agnito, ex sacro templi Paulini umbone crastina die, Hora XII, recitabit vir clarissimus, & pietate in Christum regnantem e ligno, vitaeque principatum tuentem, pariter ac eruditione ornatissimus, M. IO. FRIDERICVS WEINICHEN, Michela Thuringus. Cui, vt REIPUBLICAE VTRIUSQUE PROCERES, cum CIVIBVS nostris, pias & deuotas aures praebere dignentur, quam fieri potest humanissime atque maxime officiose a nobis rogantur P. P. Vigiliis Paschali-
bus A. R. S. c18ccxi.

LITTERIS MVLLERIANIS.

61 C 2

10-18

